

A. 214 XX.

E P I C E D I U M

Immatuum quid<sup>Sup</sup> Humi Obitum;  
maturum tamen in Caelos Abitum

LEPIDISSIMÆ VIRGUNCULÆ ANNÆ,

<sup>Primogenitæ</sup> SPECTABILIS ac MAGNIFICI DOMINI,

DN. PAVLI OSTROZITH  
de GHILETINCZ, EQVITIS AVRA-

TI, ARCIUM ILLAVA & LIPTO-UYVAR. necnon CASTELLI LU-

dan. Liberi atq; Hæreditarij Domini: ex Magnifica Domina EVA UYFALUSY  
die 24. Novembr. Anno 1649. susceptæ; die autem 25. Junij, Anno 1650, non  
sine magno sui desiderio Defunctæ,

TETRASTICHON,

Cujus priores duo Versiculi sunt CHRONOLOGICI;  
posteriores vero CORRELATIVI.

IVNIUS Vt tepIDIs VICenS qVIntS ab AstrIs  
In Terras gratVM rItè ferebat Iter:

PARCA, DEVS, GENITOR, secuit, donavit, adivit,  
Filum, Animam, Corpus: dentibus, Axe, cubans.

Onservat Methodum Logicæ MORS nescia: Gnatam

Ante Genitricem tollit & ante Patrem.  
Gnatus utrumq; præit Letho persæpe Parentem,

It præ sic Aviam Neptis, Avumq; Nepos,  
Lex Natura jubent Natabus ferre Parentes

Non tristes Tumulos; quin hilares Thalamos;  
Parcere at ignaræ Parcæ præposterus Ordo

Temnit iners Legem, stoccifacitq; Physis.  
Præstiterint chari quantumvis cuncta Parentes

Curande Natæ commoda visa suæ;  
Omnis at ad nihilum redijt conatus inane:

Tantum Vis Mortis devia Juris habet;  
Nec mirum. JUS VIS Lethi est: JUS obruitur Vi,

Cùmq; sic huic VIS JUS, obvia quæq; necat.  
ANNULA Nata tamen, quamvis denata, renata

Desijt esse Solo, cœpit at esse Polo.  
Ponitur in Tumulum, Thalamum averfata caducum,

Ut Thalamo superâ possit in Arce frui;  
Inmò jam fruitur, CHRISTO sociata cupito,

Quæ cum perpetuos vivit orâtq; dies.  
Sic pro Terrestri Cælestem nacta Maritum,

Pro Tumulo Thalamum repperit eximium.  
O Sanctam Sponsam Thalamus cui contigit iste!

O Sanctum Tumulum qui tulit hunc Thalamum!  
Non est ergò tæci, MECCHENAS alme, Dolori

Cur cum Magnificâ Compare tristè vaces.  
Iam Vitæ Dominus quàm Parcæ JHOVA TRIUNUS,

Mocrentum vestrum sit relevamen: AMEN.

D I S T I C H O N

<sup>indicans</sup> SEPULTURÆ

Annus, Mensis, Dies, Locum.

Ter qVINa bInaqVe Die serVentis IULI,  
ANNA Virens Patrio ponitUr In TUMULO.

F. Matthias Gazur Thuroex - Mossoviensis  
uebite Sympathie testandæ gratiâ,

Sapientia 4. v. 7.  
Justus etiam si prematurâ Motte obeat;  
Quiete tamen perfiruetur.

Sapientia 4. 33.  
Consummatus in brevi, explevit tempora multa;  
Placita quim erat DEO Anima ejus;

Regi nyomatat vânyok. Dicit sava. Lycopium.  
1303. 1650.